Skończyły ſię Dobra, y pokazało ſię z Uniwerſałow Miniſtra Simolina, że za iego dyſpozycyami odebrane były, a lubo *conſtitit*, iż nikomu gwałtownym ſpoſobem nieodbierano, y owſzem ciż PP. Dzierżawcy opuſzczaiąc Dobra, bydło, y ſprzęty mieyſcowe pozabierali; ale gdyby w tey Materyi mogła wzniecona bydź od Dzierżawcow iakowa pretenſya, więc ta nie do Xążęcia JMci, lecz do Miniſtra Roſſyiſkiego powinna by bydź obrocona.

Naſtępuią teraz Dobra inne w Inſtrumencie Miniſtra Simolina niezawieraiące ſię. Pierwſze Garroſen, ktore trzymał P. Heüking. Wydał do wſzyſtkich Dzierżawcow Xiążę JMć dyſpozycye ieſzcze *ſub die* 24. *Februarij* 1763. *Anno*, aby każdy maiący intencyą trzymać Dobra przez

Dzierżawę, odezwał się *ad Cameram Ducalem*, y aby zapłacił Ratę na Swięto S. Jana tegoż Roku, *Legatur* pomieniony Reskrypt *sub Lit:* D.

Legatur itidem Consignatio arendatorum ibidem sub DD.

A gdy wspomnionych Dobr Dzierżawca Uro: Heuking, opuścił Dobra ieszcze przed Swiętem S Jana, zabrawszy rzeczy swoie, więc Kommissarze ziechawszy *die* 6. *Augusti*, oddali possessyą, y rządy tychże Dobr Ur: *de Medem. Legatur Relatio Commissariorum in indicatione fol:* 6. *a verbis: cum vero huic morem.*

Drugi Dzierżawca, Uro: Nolde Dobr Wirtzau; ktory nayprzod od Krolewica JMci Karola miał te Dobra puszczone przez Arędę *ab Anno* 1762. *ad* 1765. a potym, to iest *die* 24. 1*obris Anno Eodem* 1762. otrzymał od tegoż Krolewica JMci assekuracyą; Jż mu będzie dany Kontrakt zastawny na Dobra Wirtzau, do wytrzymania Summy 20000. Talerow na Swięto S. Jana w Roku 1763.

Za powrotem zaś Xcia Ernesta do Kurlandyi, był uwiadomiony przez rezygnacyą *die* 17. *Febr:* 1763. wydaną, iż wspomniona Summa *pro Termino Joannis* będzie mu wypłacona: *Legatur dicta Resignatio sub Lit: E.*

Po-

Pomieniony też wyżey Reskrypt *die* 24. *Februarij* datowany, y iuż *sub Lit: D.* czytany był onemuż pokładany.

Wyszedł czas zamierzony, w ktorym U. Nolde żadney nieuczynił odezwy *ad Cameram Ducalem*, przeto *in Termino Joannis prævia obdestinatione*, złożona mu była w Grodzie przerzeczona Summa; A gdy iey nie odbierał, więc Xiążę JMć *die* 27. *Junij dicto Anno* 1763. wydał do niego Reskrypt, daiąc mu wolne obranie, co zechce? czyli podnieść złożoną Summę? czy też aby się została u Xcia JMci przez Rok ieden na prowizyi, *Legatur sub Lit:* F.

Aponieważ żadney niedał odpowiedzi, ani o Kontrakt zastawny lub arędowny nie prosił, y owszem akceptować go niechciał, zaczym Kommissarze na odebranie Dobr byli wyznaczeni, ktorzy po wydanych Innotescencyach, ziechawszy zastali oppozycyą Uro: Nolde: więc powtornie do odebrania tychże Dobr naznaczeni Kommissarze *& præviis Innotescentiis* ziechali do tychże Dobr Wirtzau *die* 7. *Julij*, a gdy tamże widzieli opieranie się Uro: Nolde, podobne pierwszemu, więc nierugowali onegoż, lecz udali się do Folwarku Alt-Plathon, y zafundowawszy Jurisdykcyą,

kmieci,

kmieci, y poddanych od posłuszeństwa mniemanego Dzierżawcy uwolnili, y onychże w dyspozycyą Uro: Treydena oddali.

Odebrał *subsequenter* Urodz: Nolde z Grodu pieniądze, y Dobra opuścił.

Ztąd tedy pokazuie się, że iest *incompetens actio*, & *temeraria vexa*, za ktorą aby był karany, *enixe supplicatur*.

Trzecia Dzierżawa Dobr Xiążęcych Gros-Barbern, trzymanych przez Uro: Korffową. Czytana iuż była Resignacya Xcia JMci *die* 17. *Febru:* 1763. datowana, *sub Lit:* E. pokładana, tudzież Reskrypt *sub Lit*: D. iustyfikowany, podług ktorych powinna była *ad Cameram Ducalem* odezwę uczynić, co że opuściła, więc *die* 19. *Julij* ziechali do Dobr Kommissarze, y bez naymnieyszey pretensyi, lub oppozycyi Dobra odebrali, *Legatur in eadem indicatione fol:* 7. *a verbis*, *Commissio Ducalis*.

Taż sama Uro: Korffowa trzymała inne Dobra Culpen zwane, maiąc Kontrakt *ab Anno* 1760. *ad Annum* 1763. y ieszcze Krolewic JMć Karol obwieścił swoią Resignacyą, ktora iuż była czytana, *die* 4. 1*obris* 1762. *Anno* datowana, *sub Lit:* A.

Wy-

Wyszła w poślednieyszym czasie, y od Xiążęcia JMci *Resignatio sub Lit:* E. tudzież Reskrypt *die* 24. *Februarij sub Lit*: D. iuż czytane. A gdy o nowy Kontrakt żadney rekwizycyi nie czyniła; Przeto ziechali Kommissarze, *die* 4. *Julij præviis Innotescentialibus*, a to iuż po skończonym mianym od Krolewica JMci Kontrakcie, Dobra *prævio Inventario*, bez żadney oppozycyi odebrali, y iak wiele zabrała mieyscowych rzeczy y bydła? dostatecznie *ex Investigatione* opisali, *Legatur in eadem Indicatione fol:* 8. *a verbis, Commissio Ducalis.*

Czwarta Dzierżawa, Dobr Ceiwenhoff y Kalnezehm puszczona, od Krolewica JMci Ur: Vietenhoff. Zaczym tenże Dzierżawca był obwieszczony *per Resignationem Ducalem die* 17. *Februarij* 1763. *emanatam;* Ze iuż nie będą puszczone w dalszą Dzierżawę od Swięta S. Jana. *Legatur dicta Resignatio sub* G. gdy przyszedł Termin S. Jana odebrane były Dobra; niewiedzieć tedy iakim sposobem UU. Reckowie przywłaszczać sobie, y rościć mogą prętensyą, do tych Dobr, gdy Kontraktu niemieli, a przecie na oczernienie Xcia JMci ważyli się y w Mandacie y w Manifeście zanosić

skar-

ſkargę, iakoby im gwałtownie odebrane były, za co ſupplikuiemy, aby byli karani.

Trzymał Urod: Reck, ale inſze Dobra Bartenhoff nazywaiące ſię, ktoremu wraz z innymi Dzierżawcami był intymowany, często, wſpomniony Reſkrypt Xiążęcy *die* 24. *Februarij* 1763. datowany; A gdy nie odezwał ſię *ad Cameram Ducalem*; Zaczym ziechali Kommiſſarze *die* 12. *Martij* 1764. lecz puſtki ſame zaſtali, bo ieſzcze na Swięto S. Jana *Anni* 1763. zabrawſzy tenże Ur: Reck gruntowe Inwentarze, y rzeczy, porzucił Dobra bez opowiedzi. *Legatur Indicatio fol:* 9. *a verbis, Commiſſio Ducalis.*

Tandem oſtatni Ur: Lamsdorff Dobr Tomsdorff Dzierżawca, ten przykładem drugich, gdy podług często wzmiankowanego Reſkryptu Xiążęcego nieżądał Kontraktu, więc wydany był do niego powtorny Reſkrypt *die* 3. *Martij* 1763. *Legatur ſub* H.

A gdy ani za tym powtornym żadnego kroku nieuczynił; Zaczym Kommiſſarze *die* 6. *Aprilis* do Dobr ziechali, ktore bez naymnieyſzey oppozycyi odebrali. *Legatur Indicatio fol:* 10.

Już tedy z tych Dokumentow iawne ſą dowody; Iż ſkargi przeciwnikow ſą nieſłuſzne: Bo niektorym

rym odebrane były Dobra, przez Ministra Dworu Rossyiskiego; niektorym zaś powychodziły Kontrakty, y tych Rezygnacye ieszcze za Krolewica JMci Karola pokazaliśmy, niektorzy bez opowiedzy Dobra porzucili, ledwie zaś niewszyscy gruntowe rzeczy, y bydła pozabierali; Zgoła ieden tylko Uro: Nolde w Dobrach Wirtzau uczynił oppozycyą, lecz y ten zreflektowawszy się odebrał Summę z Grodu,, y z Dobr ustąpił.

A gdy tak iest, więc Xiążę JMć upraszа *incompetentem actionem decerni.*

Ze zaś ważyli się przeciwnicy kilkokrotnie *imposturam spolij, & violentarum expulsionum* wkładać na Xiążęcia JMci, y onego pozywać *Criminaliter.* Przeto supplikuie aby byli karani, y koszta aby powrocili.

Ostatnia przeciwnikow Kategorya, y żądanie: *Ut a Regimine Ducis sævitiis impleto, liberentur;* Te zaś nadzieie zakładaią, nayprzod *in præjudicato Magni Noldij, & in Conclusione Commissionis* 1717.

Na takowe żądanie nigdy niepraktykowane, y wszelakiemu Prawu przeciwne, odpowiadamy, nayprzod; Jż lubo Kommissya 1717. co do Punktow Powagi, y Rządow Xiążęcia JMci Kurlandzkie-

dzkiego ściągaiących się, żadney niema mocy, gdyż Kommissarze *contra Obloquentiam Constitutionis Anni* 1717. sobie postąpili (iako się iuż dostatecznie na przeszłey Kadencyi dowiodło) y iuż iest przez Dekret Sądow Relacyinych, *ex Partium Controversiis* z Komissarzami *in Anno* 1719. ferowany, uchylona, lubo mowię, ta Kommissya *quo ad Iura Ducalia* nie może, y niepowinna, *pro Lege censeri*, przecież niezawiera się w niey ten Artykuł, ktory nierzetelnie zarzuca przeciwna Strona, aby uwalniała, *à jurisdictione Territoriali* Xiążęcia Kurlandzkiego, Szlachtę Kurlandzką.

Mniey ieszcze waży przytoczony Dekret *Magni Noldij in Anno* 1611. zaszły; A to ztąd, iż był Kontumacyalny, *in quo Casu contra Contumacem* wolno Stronie pisac *Lucrum* iakie sama chce, ale takowa Kondemnata, czyli *Lucrum* ktore Prawu, y sprawiedliwości przeciwne nigdy niema swoiey, exekucyi, iako się też stało, *in præsenti*. A zatym niemoże *obtrudi pro præjudicato*, chyba tylko *pro Simplici Scriptura*. A dopieroż, gdy mniemana Kondemnata pisana była *ante Formulam Regiminis*.

Słabe

Słabe tedy przeciwna Strona, obrała sobie fundamenta, ktore, iako przez się są upadłe, tak wcale wesprzeć niemogą Stronę, to szczegulnie *denotant*, że przeciwnicy usiłuią, z gruntu przewrocić Kardynalne Prawa, co iest w samey rzeczy rebellią; Za ktorą aby przykładnie karani byli, y rozwiozłość ich, aby była w Granicę posłuszeństwa wprowadzona, iak naypokornieyszą Xiążę JMc Kurlandzki zanosi prozbę. A tym bardziey gdy *post institutam Formulam Regiminis* przeciwne oneyże zanoszą prozby.

REPLICA

Ex parte GG. Supremorum Consiliariorum.

Iako niesłusznie zapozwali przeciwnicy, *idque Criminaliter*, Xcia JMci, tak podobnąż niesłusznością powstali *simili Criminalitate*, przeciwko Naywyższym Konsyliarzom y obwiniaią ich.

Pierwsze iest: *Quod Ducem non admonuerunt, violentias fieri, permiserunt, Laudum Anni* 1763. *die* 19. *Julij peractum subscripserunt.* Drugie: *Quod gravamina die* 20. *Martij Anno* 1765. *peracta non aboleri curarunt, per idque occasionem dissidiis, præbuerunt*; Trzecie: *Quod Generosus Offemberg Officium Landhoffmaisteri incompetenter sibi arrogat, per idque primarius adjutor spoliorum extitit.* Ostatnie: *Quod gravaminibus in Conventu exhibitis, occasionem præbuerunt, per idque Privilegia Nobilitatis violarunt.* Konkludują zatym, aby podług opisu Kommissyi *Anni* 1717. *Confiscatione Bonorum, aliisque gravissimis pœnis* Konsyliarze karani byli.

Te wszystkie zarzuty iuż były wniesione przeciwko Xiążęciu JMci y iuż się na nie dostatecznie odpo-

odpowiedziało, a gdy dowiodła się niewinność Xiążęca, więc taż sama niewinność spada na Konsyliarzow iego.

Dowiodło się bowiem iawnie; Iż żadna wiolencya nikomu niebyła uczyniona; Jakim sposobem przyszły Dobra w rządy Xcia JMci iuż się dokumentowało; Że *Laudum Anni* 1763. podpisali, bo tak z Prawa należy. Że *gravamina die* 20. *Martij* podane, nie były przyięte, bo były, y są samym oszkalowaniem Xiążęcia JMci, y censurą Konstytucyi *Convocationis, & Felicis Coronationis*, ktore *gravamina* potępiać należy, wszakże *in iisdem gravaminibus in Consignatione pag*: 67. (iako *in actoratu Instigatorio*, obszerniey rzecz opowiedziana) krytykuią w pierwszym Artykule Kommissyą Gdańską, a tę stwierdziła Konstytucya *Convocationis*; W drugim Punkcie krytykuią *Senatûs Consilium Anni* 1737 y wspomnioną Kommissyą Gdańską, podług ktorych wyszły *ex instantia Instigatorum Citationes Edictales contra Creditores Hypotecarios Bonorum Ducalium*; Trzeci Punkt iest, samym oszkalowaniem Xiążęcia JMci, bo zawiera w sobie; *Quod Dux Feudum amisit*. Czwarty Punkt, że *Diploma Investituræ* nie Koronną Pieczęcią,

lecz

lecz Dyplomatyczną ſtwierdzone było. Szoſty, że w Petersburgu, rządy trzymał. Y tak z liczby dwudzieſtu dwoch Punktow żadnego inſzego niemaſz, tylko, albo z Krytyką zaſzłych wyrokow Seymowych, y J. K. MCi P. N. Miłościwego, alboli też z oczernieniem, y hańbą Xiążęcia JMci. Jakże tedy mogły *aboleri?* y iak mogły od Konſyliarzow bydź przypuſzczone? roztropnie ſię ſtało, że niebyły przyięte; Więc kary te, ktorych żądaią z Konſyliarzow przeciwnicy, na nich ſamych, za tak niegodziwe opiſywanie ściągać ſię powinny, y o to UUrod: Konſyliarze powtornie ſupplikuią.

No. 42.

EXTRACTA

Ex Actis publicis ratione Officialium, qui muneribus ſuis defungi recuſarunt.

Nro. 1.

EX Diario Conventus publici die 26. Maii A. 1763. inchoati, ex Deſideriis, Jlluſtriſſimae Celſitudini Suæ, à Generoſo Ordine Equeſtri, die 11. Junii, 1763. porrectis.

Deſid: 1. Cum notorium ſit, quod nonnulli Dominorum Officialium Jlluſtriſſimæ Celſitudini Suæ nullam præſtent obedientiam, Officiorum ſuorum debita non adimpleant, Judiciorum celebrationem differant, hiſce vero publico, vario & ſæpius irreparabili modo, maximum damnum cauſent; ideo Generoſus Ordo Equeſtris petit, ut Jlluſtriſſima Celſitudo Sua contra hæcce ejusmodi eligere vellet media, qualia præſens horum Ducatuum conſtitutio & exigentia requirant, quo curſus Judiciorum non ultra differatur.

Nro. 2. Ex Reſponſione Illuſtriſſimæ Celſitudinis Suæ ad porrecta à Generoſo Equeſtri Deſideria.

Ad Deſid. 10. Illuſtriſſima Celſitudo Sua gratioſiſſime amplectitur attentionem Generoſi Ordinis Equeſtris ratione Officialium, qui hactenus debita ſua nondum adimpleverunt officia, ac cum Eadem non intentionata ſit eatenus ulteriorem habere conniventiam, negotium hocce autem ceu tale conſideret, quod univerſi Publici commodum concernat, eoque reſpectu, cæteris tamen Juribus ſuis in quocunque haud derogando, ratione mediorum deſuper eligendorum, cum Generoſo Ordine Equeſtri convenire clementiſſime conſtituerit; ita Illuſtriſſima Celſitudo Sua neceſſarium ducit, hac de re, ſtatim finito præſenti Conventu publico, alium indicere extraordinarium, in quo Illuſtriſſima Celſitudo Sua, poſtquam Generoſi Deputati ex Diſtrictibus ſuper deliberatorio hac de re concepto, exacta ponderatione facta ſufficienter inſtructi fuerint; conjunctim cum Generoſo Ordine Equeſtri, de amplectendis propterea mediis conſilia caperet, eaque deinde eligeret atque ſtatueret, ſecundum quæ, contra Officiales iſtos, ſi debitis ſuis ſatisfacere adhuc detrectarent, pro Juris exigentia, & tali modo procedi debeat, ut curſus juſtitiæ non ulterius præpediatur.

Nro. 3. Ex ſupra dicto Diario, de die 1. Julii, 1763.

Concluſum Stubæ Conventus, Officiales retardantes concernens, in concepto deſuper Deſiderio Generoſis Conſiliariis Supremis tradebatur.

Nro.

Nro. 4. Ex Adjunctis illius Diarii, & quidem ex Concluſis Generoſi Ordinis Equeſtris Jlluſtriſſimæ Celſitudini Suæ porrectis, Laudo publico inſerendis.

11. Cum nonnulli Generoſorum Officialium ex mera repugnantia contra Dominum ſuum territorialem ſe ab Ordine Equeſtri, ejusque conſultationibus modo haud excuſabili ſejunxerint, jamdudum nulla Judicia celebraverint, Publicum rerum Statum per id maximo diſcrimini expoſuerint, Patriæque eatenus haud parvum damnum cauſaverint; ita Ordo Equeſtris maxime neceſſarium eſſe reputat, ut malum hocce, quod univerſæ Patriæ totalem minatur ruinam, quantocius aboleatur. Quodſi autem in caſu hoc obvio extraordinario, ac ab immemorabili tempore inaudito, extraordinaria quoque remedia pro ejus abolitione requirerentur; ita Ordo Equeſtris hoc in caſu cum Jlluſtriſſima Celſitudine Sua, communem cauſam agere ſeſe obligans, optaret, ut Jlluſtriſſima Celſitudo Sua cum Ordine Equeſtri, maxime communia, optimaque eligat remedia, tam præjudicioſam hancce confuſionem e medio tollendi. Haud præoccupativa igitur Ordinis Equeſtris ſententia eſſet: ut pro demonſtratione omnis poſſibilis moderationis, præſentes Generoſi Officiales, oretenus, per duos Plenipotentiarios Celſiſſimi Ducis, atque duos ex Stuba Conventus publici, una cum Notario publico, quippe qui decentes deſuper teſtimoniales extradere poſſet, ſeu in ſcriptis, abſentes vero ſcriptotenus ultimato & categorice ſequenti modo eſſent interrogandi?

Utrum Generoſi Officiales ultro recuſare vellent, intentionibus, publicisque Generoſi Ordinis Equeſtris Conſultationibus ſe adjungere, nomine Jlluſtriſſimæ Celſitudinis Suæ Judicia celebrare, atque publicum rerum Statum a ſummo

discrimine ac præjudicio liberare, quo in casu pervicax eorum detrectatio ita foret interpretanda, quasi ipsimet ab officiis suis recessissent. Ad eosdem de omnimoda moderatione & humanitatis amore convincendos, præsentibus, temporis spatium 4. Septimanarum, & absentibus 8. Septimanarum concederetur. Quodsi autem intra tempus hoc sese haud accommodarent, Illustrissimæ Celsitudini Suæ, tunc absque omni mora, justissime competiturum foret, Eorum Officia aliis dignis assignare subjectis, afflictumque Publicum eatenus ab omni querela liberare.

Quemadmodum vero, intuitu hujus casus singularis extraordinaria tantum remedia locum invenirent; ita Ordo Equestris à gratia, clementia & justitia Venerandissimi Domini sui territorialis speraret, ut Eadem ex hocce, in casu præsenti inaudito tantummodo applicabili, & à Generoso Ordine Equestri haud præoccupative proposito modo extraordinario remotionis ab Officio Generosorum Officialium, nullam adhibitura sequelam, sed in casibus futuris obvenientibus, præscripta Legum omnimode secutura, illaque observatura sit. Mitaviæ die 4. Julii, Anno 1763. Ex Deputatorum Congregatione.

Georgius Godofredus de Wettberg,

p. t. Deputatorum Mareschallus.

Nro:

Nro. 5. Declaratio Illuſtriſſimæ Celſitudinis Suæ ad placita Generoſo Ordini Equeſtri ratione Deſiderii X. exhibita.

Cum Illuſtriſſima Celſitudo Sua tute perſvaſa ſit, ut Generoſi Deputati præſentis hujus Conventus publici, poſt ſuam ante homagii præſtationem in Diſtrictibus ſuis factam relationem, ratione Deſiderii X. & de eo, quod Illuſtriſſima Celſitudo Sua deſuper Generoſo Ordini Equeſtri propoſuerit, a Diſtrictibus ſuis, prævia ſolida trutinatione ſufficienter inſtructi ſint; ita Alte Eadem aſſentiret, ut ſublatio hujus Deſiderii, etiam absque Conventu publico extraordinario expediatur. Illuſtriſſima Celſitudo Sua approbaret igitur exhibitam Generoſi Ordinis Equeſtris ſententiam in hac cauſa, cenſeretque tam intuitu hic præſentium, quam abſentium quoque Officialium, qui hucuſque debita ſua haud adimpleviſſent, ſecundum traditam Generoſi Ordinis Equeſtris ſententiam, ſine mora procedendum eſſe. De cætero autem Illuſtriſſima Celſitudo Sua Generoſum Ordinem Equeſtrem ſecurum redderet, quod Eadem a parte quoque ſua caſum huncce extraordinarium nunquam ad ſequelam trahere vellet.

Nro. 6. Ex Laudo publico, de die 19. Julii, 1763.

§. 12. Pro ſublatione diſcriminis, cui publicus rerum Status refractariis nonnullorum Officialium auſibus, intermiſſaque Judiciorum celebratione exponitur, propoſitiones fidelis Ordinis Equeſtris Noſtri, qui Nobiſcum communem agere cauſam ſeſe obſtrinxit, libenter & gratioſe approbamus. Ideoque extra hos Ducatus abſentibus, tempus 8. Septimanarum, à tempore expediti ultimi & Reſcripti monitorii, præſentibus vero dilationem 4. Septimanarum à tempore interrogationis

ſolennis

ſolennis eisdem, cum Ordine Equeſtri conjunctim concluſæ, per Ablegatos Plenipotentes cum Notario publico, factæ, & ab inſinuatione per Miniſterialem concedimus. Quodſi autem intra hocce tempus contra omnem ſpem ſeſe haud accommodarent, tunc Nobis omnino, in caſu hocce extraordinario, & ſecundum Ordinis Equeſtris Jus competeret, pro tollenda afflicti Publici querela, officia illa, aliis dignis aſſignare ſubjectis, cum expreſſa tamen reſervatione, Nos ex iſto, in præſenti hocce caſu ſingulari tantummodo applicabili modo extraordinario remotionis ab Officio Generoſorum Officialium nullam ſequelam ſtatuturos, ſed in futuris caſibus obviis, Nos plane ad Legum præſcripta conformaturos fore.

ADMONITIO CELSISSIMI DUCIS

Ad Officiales moroſos in conformitatem Laudi publici dd. 19. Julii 1763. ejusque §phi 12.

DEI Gratia Nos ERNESTUS JOANNES in Livonia Curlandiæ & Semigalliæ Dux, Dynaſta in Sileſia, Liberi Baronatus Warteńbergæ, Bralini & Goſchützii &c.

GRatiam Noſtram. Generoſe fideliter Nobis Dilecte. Tametſi Nos hucusque Noſtro ac publici manifeſto præjudicio, auſibus nonnullorum Officialium, qui debitis Officiis ſuis ſatagere uſque adhuc moveri haud potuerunt, magna cum longanimitate indulſerimus; Nos tamen, poſt quam Generoſus Ordo Equeſtris, abolitionem conſequentiarum maxime præjudicioſarum Publico ex tali agendi

ratione

ratione reſultantium, mediante deſiderio deſuper concepto Nobisque exhibito, propoſuerit, pro nunc ulterius differre non poſſumus, petito Generoſi Ordinis Equeſtris ſatisfacere, ac ſaluti inprimis Publici proſpicere. Quodſi igitur Generoſus Ordo Equeſtris ad Conventum huncce publicum pro Homagii præſtatione congregatus, poſtquam ille, pro plane abolendo hocce puncto, circa relationem ante homagium in Diſtrictibus ſuis exhibitam, prævia ponderatione ſolida inſtituta, additionalem acceperit inſtructionem, Nobis humillimam fecerit repræſentationem, circa caſum huncce extraordinarium, Nobiscum communem agere cauſam, ac memoratis Officialibus, & quidem illis, qui hic Mitaviæ præſentes non eſſent, per Reſcriptum pro ultima reſolutione dare, ut, ſi in temporis ſpatio 4. Septimanarum ulterius detrectarent intentionibus publicisque Conſultationibus Generoſi Ordinis Equeſtris accedere, nomine Noſtro Judicia celebrare, atque publicum ab omni afflictione ac præjudicio liberum reddere, ita illi reſpici deberent, quaſi ipſi Officiis ſuis renunciaſſent, Nosque exinde juſtam poteſtatem nacti eſſemus, Officia illorum aliis ſubjectis aſſignare, afflictumque Publicum eatenus a querelis liberare. Nos igitur æque, prævia accurata rei trutinatione, non ſolum Sententiam a Generoſis Deputatis, Inſtructionibus Eorum additionalibus conformem, Nobis humillime ſubjectam præſenti in caſu ratihabuimus, verum etiam Vobis idcirco notum facimus, ordinamus, mandamusque ſimul gratioſiſſime, quatenus nunc a dato inſinuationis hujus, intra temporis ſpatium 4. Septimanarum, ſecundum factum

ctum Noſtrum, ſupradicto modo cum Generoſo Ordine Equeſtri concluſum, ad debita veſtra revertamini, Officiisque Veſtris decenter fungamini, in caſu contrario autem, & ſi hiſce in prædicto temporis ſpatio non obtemperetis, certiſſime expectaturi ſitis, quod Officium Veſtrum pro reſignato reputaturi, illudque alii, prout ſalus publica poſtulat, digno aſſignaturi ſimus ſubjecto. Facturi ſitis prædicta pro gratioſa Noſtra voluntate & mandato. Datum Mitaviæ die 6. Julii Anno 1763.

ERNESTUS JOANNES.

Dux Curlandiæ.

Gene: fideliter Nobis Dilecto Ottoni Chriſtophoro ab Howen, Landhoffmeiſtero
—— —— —— Friderico de Mirbach, Capitaneo Majori Seelburgenſi
—— —— —— Benedicto Heinr. de Heucking, Capit. Maj. Mitavienſi.
—— —— —— Wilh. Alex. de Heycking, Capitano Minori Durbenſi.
—— —— —— Joan. Friderico de Nolde —— Frauenburg.
—— —— —— Friderico de Koſchkull, —— Schrundenſi.
—— —— —— Joan. Erneſt. de Schöpping, —— Doblenenſi.
—— —— —— Eberh. Chriſt. Phil. Hahn, —— Candavienſi.
—— —— —— Carl. Phil. Baron. de Rœnne Aſſeſſori Judicii per Inſt. Tuckumenſis.
—— —— —— Henricus Leopoldus de Brucken nominat. Fock, Aſſeſſ. Judicii per Inſt. Seelburgenſi.
—— —— —— Georg. Chriſt. de Haudring, Aſſeſſ. Judicii per Inſtant. Seelburgenſi.

Lit: A.

RESIGNATIO

propter præfecturas { Degahlen / Kulpen / Ellern.

DEI Gratia, Nos CAROLUS *Princeps Regius Poloniæ Dux Saxoniæ ut & in Livonia, Curlandiæ & Semigalliæ.*

GRatiam Noſtram. Generose fideliter Nobis Dilecte. (Generosa Cara noſtra ſingularis) Cum Contractus Arrendæ veſter ſuper præfectura Kulpen ad inſtans Feſtum Sancti Joannis Baptiſtæ futuri, Divina favente clementia *Anni* MDCCLXIII. exſpiratus ſit, ac Nos tunc cum eadem mutationem inſtituere gratioſiſſime decreverimus; Ideo Vobis vigore præſentium uſitatam in Ducatibus hiſce Reſignationem facimus, & clementiſſime Vobis mandamus: Quatenus ratione peragendæ à Vobis Solutionis Arrendæ penſionis tempeſtivè ante Feſtum Joannis omnia ad liquidum perducatis, ſic igitur agatis, ut tunc pro gratioſa Noſtra ordinatione de præfectura iſta ulterior fieri poſit

Disposition. Pro Gratia Nostra Datum Mitaviæ, Die IV. Decembris *Anno*. MDCCLXII.

CAROLUS DUX CURLANDIÆ.

Transsitum hoc cum Metrica Cameræ Ducalis concordare hisce testor.

(L. S.) (*Secret: & Not: Publ: Rni.*)

Carolus Ernestus Schmidt Sæ Ræ Mattis Secr: Actua: & Notarius Publicus Juratus.

Lit: B.

COPIA

Literarum Resignationis Ministri Imperialis Russici, ad Possessores præfecturarum & prædiorum Sequestratorum Alt-Seelburg, Alt-Sehren, Ellern, Schmelingsoff, Pravingen, Deguhnen, & Degahlen, d: d: Mitau Die 16ta. 27ma. *Januarij Anno* 1763.

P. T.

CUm bene visum fuerit, cum prædio Sequestrato N.N. quod Generosa Dominatio Vestra hucusque in Arrenda habuit, aliâ instituere Dispositionem; Idcirco differre haud volui, Eidem ad Mandatum Sacræ Imperialis Majestatis Suæ Dominæ meæ Supremæ longe clementissimæ mihi transmis-

missum, super prædio Arrendæ supramemorato, hisce facere Resignationem, annexo desiderio, ut Generosa Dominatio Vestra se ante Diem 16. Februarij St: Novi Anni Currentis abduci curet; & in jam mentionato Termino prædium N. N. Commissioni hinc inde expediendæ, quæque tunc ibidem advenerit, plenarie tradat. De reliquo cum omni consideratione permaneo.

Generosæ Dominationis Vestræ

(L.S.) *Cancellaria Imperialis Russica*

Præinserta ex Originali idiomatis Germanici ac Authentico à me fideliter in Linguam Latinam translata esse, ac cum eodem in omnibus concordare hisce more solito testor.

(L. S.) (*Secret: & Not: Publ: Rni.*)

Carolus Ernestus Schmidt
Sacræ Regiæ Mttis Secr: Actua:
& Notarius Publicus Juratus.

Lit: C.

COPIA

Ducalis Clementissimi Mandati, quod Commissariis ad Receptionem præfecturarum Alt-Sehren, Ellern, Alt-Seelburg, Schmelingseff, Pravingen, Degahlen, & Deguhnen, die 16. *Febr:* 1763. *datum est:*

DIvina favente Clementia. Nos Ernestus Joannes, in Livonia, Curlandiæ & Semigalliæ Dux Dynasta in Silesia, Liberi Baronatus Wartenberg,

Bralin & Goſchütz. Salutem Noſtram Clementiſſimam. Poſtquam ad eam Vobis demandatam Commiſſionem Iam oralem Noſtram accepiſtis Inſtructionem, Nos vero eiſdem unum atque alterum quoddam adjungere neceſſarium duximus; Mandamus ergo Vobis hiſce clementiſſime; Quatenus iſtis Arrendatoribus, quos invenietis, haſce proponatis quæſtiones.

1*mo*. An Nos tanquã unicum & Legitimum Suum Ducem & Principem agnoſcant?

2*do*. Quare Ipſi ſuas Arrendæ penſiones non perſolverint?

3*tio*. Num id facere velint, vel non?

Iſtos igitur, qui has quæſtiones pro debito ac Officio ſuo affirmabunt, uſque ad inſtantem Joannis Terminum in Præfecturis manere permittetis, Iſtos vero è contrario, qui id facere recuſarent, ſine omni protelatione ex Arrendis ſuis dimittatis, attamen ita, ut Nos ex peculiari gratia illis permittamus, pecudes ac equos ſuos in iſtis præfecturis abſque omni turbatione manere poſſe. Cæterum Vos juxta iſta à Nobis oretenus accepta mandata geretis. Facietis hacce pro gratioſiſſima noſtra voluntate. Datum Mitaviæ, die 16. Februarij *Anno* 1763.

ERNESTUS JOANNES DUX CURLANDIÆ.

Pro

PRo ſuis pecudibus, & quod ad eos pertinet, pabulum & ſervitium permittere, donec Iſti commodè ac opportunô tempore eos abigi curabunt.

Generoſo fideliter Nobis dilecto Joanni Chriſtophoro à Medem, locum tenenti.

In prædio Alt-Sehren, Ellern, Alt-Seelburg, Schmelingshoff, vel ubi locorum inveniri poſſit.

Ex Actis Commiſſionis Ducalis extradidit in & fidem ſubſcripſit.

(L. S.) *Chriſtianus Wilhelmus Meyer*
(*Cam: Duc:*) *Cameræ Ducal: Secretarius.*

Lit: D.

RESCRIPTA

Ad Illos Poſſeſſores, qui ſe cum Contractu ſuo indicare atque Semeſtrem Arendæ penſionem ſolvere debent.

DEI Gratia Nos Ernestus Joannes in Livoniæ Curlandiæ & Semigalliæ Dux Dynaſta in Sileſia, Liberi Baronatus Wartenbergæ, Bralini & Goſchützii &c. &c.

GRatiam Noſtram. Genoroſe fideliter Nobis Dilecte (Generoſa Cara Noſtra ſingularis) etiam

etiam (Magnifica ac Generoſa Cara Noſtra ſingularis.) Quandoquidem Noſtram Legitimam Poſſeſſionem Ducatuum Noſtrorum recuperavimus, ideo Vobis Clementiſſime hiſce mandamus, ut Vos quantocius cum Contractu Veſtro in Camera Noſtra indicetis, ac Semeſtrem Arendæ penſionem, à Feſto Nativitatis Chriſti *Anni* 1762. uſque ad Feſtum Sancti Joannis, 1763. interea Cameræ Noſtræ Familiari Kochler, erga quietantiam ſolvatis. Pro gratioſa Noſtra voluntate. Datum Mitaviæ, Die 24. Februarij *Anno* 1763.

ERNESTUS JOANNES DUX CURLANDIÆ

Tranſlatum hoc cum Metrica Cameræ Ducalis concordare teſtor.

(L. S) *Chriſtianus Wilhelmus Meyer*
(*Cam Duc:*) *Cameræ Ducalis Secretarius.*

D. D.

CONSIGNATIO

Illarum præfecturarum & Bonorum ad quarum Poſſeſſores ſub die 24. Februarij *Anno* 1763. reſcriptum eſt: ut cum Contractibus ſuis ſe ſe in Camera Ducali indicent & Semeſtrem Arendæ Penſionē à Feſto Nativitatis Chriſti *Anni* 1762. uſque ad Feſtum Sancti Joannis *Anni* 1763. Solvant.

Apſchuppen, Georgius Reinh: de Bohlſchwing Brigaderius.
Hutz & Tauenhoff, Fried: Saſſ, Capit: Major.

Bar-

Battenhoff, Dietr: Cæsimir de Reck.
Alt Bergfried Eva Elisabetha, Vidua Cancellarij Fink de Finkensein.
Buendikshoff, Gebhardus Hoerner.
Bershoff, Joh: Dieter de Behz Supr: rei venatoriæ Præfectus.
Klein Buschhoff, Margaretha, Maritata Camerarij de Medem.
Durben, Cæsim: Fried: de Keyserlingk, Capitaneus Minor.
Ek et Gahlenhoff, Georg: Christoph: de Kleist.
Ek-et Rashöffhen, Otto Christoph: de Hewen Landhoffmeisterus.
Gailhoff, Ewald Magnus de Trese hausen.
Goldingen, Magnus Reinh: de Brinken.
Greifenhoff, Joh: Reinh: de Koschkull, Assessor:.
Grüekenet Sedlen Christ: Fric: Firks.
Neu Laschen, Margaritha, nata de Rutenberg, Maritata Eck.
Killhoff, Anna Maria Comitissa de Walstein Maritata Libera Baronissa de Kuttler.
Gross & Klein Memelhoff, Diet: Wilh: de Holtey.
Mesothen, Anna, nata de Bubring, Vidua Gen: Locumt: Korff.
Alt Moken, Fried: Joh: de Brinken, Locumt: Ord: Equestris.
Neüfeldt, Otto Cristoph: de Bohlschwing, Capitaneus.
Bauske Nicol: Korff, Gen: Locumt: Gubernator & Eques.
Brandenburg Diet: Keyserlingk Cancellarius.
Neu Rade Idem.
Neu Friedrichshoff, Parochus Mitaviensis, solum modo propter Arendam.
Clivenhoff Kallnzehm & Udsen, Otto Herm: de Vietinghoff, Consil: Regim:
Garrosen Bened: Henr: de Heuking Capitaneus Major.
Hoffzumberge, Nic: Korff, Senator & Eques.
Jacobshoff, Idem.
Kaaushoff, Melchior Joh: de Brinken, Capit:
Neühoff & Zenaut, Christoph: Ern: Grotthuss.
Oschekey & Walgun, Henr: Alex: de Brinken.
Parkelhoff Joh: Ern: de Saken, Camerarius.
Pfaltgraffen, Christoph: Henr: de Stromberg, primus Locumt:
Pixtern, Fried Wilh: de Alten Bokum Locumt:
Alt Rhade, Georg Joh: de Bohlschwing Capit:
Rawen, Christ: Ern: Pfeilitzer, dictus, Franck, Capit:

Dimi-

Dimidium Unci Renzel, Jac: Fried: Roſtkovius, Paſtor Salgallenſis.
Rönnen & Uſmaiten, Burßińſky, Parochus Polding propter Arendam.
Salgallen, Georg Fried: Düſtertho, Supremus Excub: præfectus.
Schibbenhoff, Gotth: de Freymann, Colonellus.
Schlampen & Pundern, Anna de Liven, Vidua Heucking.
Schnikern & Kukern, Ern: Pfeilitzeer dictus Frank.
Alt Schwarden, Chriſtoph: Dieter: Georg de Medem Camerarius.
Neü-Sehren Cath: Eliſab: Korff Maritata Præſid: Schwebs.
Falſen, Joh: Carol: de Reck, Vice Colonellus.
Tomsdorff, Paul Georg von der Wengen dictus Lamsdorff, Generalis.
Turlau Ulr: Wilh: de Hempel, Notarius Terreſtris.
Wallguhlen, Joh: Chriſt: de Vietinghoff, dictus Scheel.
Warduppen, Car: Fried: Mannteuffel.
Weinſchenken, Joh: Mohz, Supr: Excub: præfectus.
Wietelhoff, Fried Caſim: de Hottey, Subjudex.
Würtzau, Joh: Fried: Nolde Capitaneus minor.
Zagorn, Chriſtoph: Fried: Firks.
Klein Barbern Gotth: Ludw: de Schilling Brigadierus.
Jaweſen Chriſtoph: Levin: de Trotta, dictus Treyden, Camerarius.
Holmhoff, Georg: Chriſtoph: Dieſterlho, Supr: rei venat. præfectus.
Annenburg, Eliſab: Conſors Super: Ducis Camp: de Liven, nata de Mannteüffel dicta Boege.
Neu-Sauken, Ern: Wilh: de Brinken Generalis Excub: præfectus.
Alt Wallhoff, Dietr: Chriſtoph: de Rhuden, Colonellus.
Zabelhoff Ferdinandus Karp, Vexillifer.
Groſs Barbern & Kulpen.
Conſtantia de Wahlen Vidua Capitanei Korff.

Translatum hoc cum Metrica Cameræ Ducalis concordare teſtor.

(L. S.) *Chriſtianus Wilhelmus Meyer*
Cameræ Ducalis Secretarius.

Lit: E.

RESIGNATIO
Ad Bona Sequeſtria

1.) *Ratione Præfecturæ Würtzau, ad Generoſum Capitaneum Minorem Joh: Fried: de Nolde.*

2.) *Ratione Præfecturæ Groſs-Barbern & Kulpen ad Generoſam Capitanei de Korff Viduam, Natam de Wahlen.*

DEI Gratia, Nos Ernestus Joannes, in Livonia, Curlandiæ & Semigalliæ Dux, Dynaſta in Sileſia, Liberi Baronatus Wartenbergæ, Bralini & Goſchützii. &c. &c.

GRatiam Noſtram. Generoſe fideliter Nobis dilecte: (Generoſa Cara Noſtra Singularis) Quandoquidem cum Præfectura N. N. circa Imminens Feſtum Sancti Joannis, *Anni* 1763. mutationem inſtituere gratioſiſſime decrevimus; Itaque Vobis hiſce reſignamus, mandantes Vobis, Quatenus ratione Solvendæ penſionis Arendæ liquidum conficiatis, opportuno tempore Res Veſtras abducatis, & memoratam Præfecturam N. N. ad Feſtum Joannis 1763, *Anni*, Nobis pro ulteri-

ori Disposition Nostra cedatis. Pro Gratiosa Nostra Voluntate. Datum Mitaviæ, *Die* 17. *Februarij Anno* 1763.

ERNESTUS JOANNES DUX CURLANDIÆ.

Translatum hoc cum Metrica Cameræ Ducalis concordare testor.

(L. S.) *Christianus Wilhelmus Meyer*
(*Cam: Duc:*) *Cameræ Ducalis Secretarius.*

Lit: F.

RESIGNATUM.

Ratione Præfecturæ Gross-Würtzau ad Generosum Joannem Fridericum Nolde, Capitaneum Minorem Frauenburgensem, hæreditarium in Gros-Gramsden.

Nos, DEI Gratia, ERNESTUS JOANNES, in Livonia Curlandiæ & Semigalliæ Dux, Dynasta in Silesia, Liberi Baronatus, Wartenberg, Bralin & Goschütz, &c. &c.

GRatiosissimam Nostram Salutem. Generose fideliter Nobis Dilecte. Nos præterlapso Joannis Baptistæ Die, Sortem Capitalem, Viginti Duorum Millium Thalerorũ Albertinorum, quam ad plenariam exsolutionem Nostræ Generosæ Viduatæ

quatæ Generali à Biſmarck, datæ oppignorationis ſuppeditaſtis, Vobis in parata pecunia offerri atque in Judicium primæ Inſtantiæ deponi curavimus. Cum Vos vero iſtam, imo, heſterno Die etiã uſuras hujus Sortis priſtini Anni accipere recuſaſtis, Nos conſiderando, quod jam haſce pecunias, alicui concredere nullam occaſſionem habeatis, Clementiſſime quidem concedimus, hanc Sortem 20000. Thalerorum Albertinorum, ad hucuſque ad Diem Joannis futuri *Anni* 1764*ti.* non vero ulterius, utpote quam Vobis hiſce realiter renuntiamus, pro ſolitis uſuris apud nos manere. Prout vero Generoſa viduata Generalis a Biſmarck, ratione ſuæ prætenſionis, tantummodo aſſecurationem pignoratitiam, neutiquam vero poſſeſſionem pignoratitiam præfecturæ Würtzau habuit, Nobis etiam à Camera noſtra relatum eſt; Quatenus Vos tenore Contractus antecedanei *de Die* 24*ta. Decembris Anni præt:* eam Promiſſionem acceperitis, Vobis præterlapſo Joannis Feſto realem Contractum ad extenuationem ſortis Veſtræ in prædium Würtzau Datum in hoc tamen nullo modo fieri potuit, dum de hac, Nobis, Tenore Regij Diplomatis de dato, Varſaviæ, *Die* 28*va Martij Anno* 1736. cum pleno Allodü & hæreditario Jure in caſum aper-

turæ feudi donata præfectura, ſuper qua ut & reliquis Sacra Jmperialis Majeſtas Ruſſica, *Anna gl.m.* Summum ſuum Jus itidem Nobis ceſſit, in noſtrum detrimentum diſponi non potuit, poſito autem, hoc tamen contra omnia Jura noſtra fieri potuiſſe, Vos tamen ab hoc, nullo Jure accepto Contractu antecedaneo eo receſſiſtis, quod tenore ejusdem hoc Joannis Feſto Vos non indicaveritis, eumque poſtulaveritis; Jam expectamus & mandamus Vobis ſimul Clementiſſime, quatenus tenore ad vos Datæ Renunciationis ſuper hac in Arenda hactenus à Vobis poſſeſſa præfectura Würtzau, ad quam tamen nihil regeſſiſtis, multo minus conſervationem in iſta Arenda à Nobis petijſtis, Iſtud prædium Cõmiſſioni, cum in Termino Vobis notificato ibidem adveniet, tradatis. Facietis hæc pro gratioſiſſima noſtra Voluntate. Datum Mitaviæ *Die* 27. *Julij Anno* 1763.

ERNESTUS JOANNES DUX CURLANDIÆ.

Translatum hoc cum Metrica Cameræ Ducalis concordare teſtor.

(L. S.) *Chriſtianus Wilhelmus Meyer,*
(*Cam: Duc:*) *Cameræ Ducalis Secretarius.*

Lit: G.

RESIGNATIO.

Ratione præfecturarum Ceivenhoff, Kalnezehm & Udſen, Genero ò, Ottoni Hermanno de Vietinghoff Livonienſi Conſiliario Regiminis & Equiti facta.

DEI Gratiâ, Nos Ernestus Joannes, in Livonia, Curlandiæ & Simigalliæ Dux, Dynaſta in Sileſia, Liberi Baronatus, Wartenbergæ, Bralini & Goſchützii. &c. &c.

GRatiam Noſtram. Generoſe præprimis Nobis Dilecte. Quandoquidem cum præfecturis, Ceivenhoff, Kalnezehm & Udſen, ad inſtans Feſtum Sancti Joannis, *Anni* 1763. mutationem inſtituere gratioſiſſime decrevimus; Jdeo Vobis hiſce reſignamus & mandamus tanquam Arendatori prædictarum præfecturarū gratioſiſſime: quod Solutionem penſionis Arendæ ad liquidum perducatis, Res Veſtras juſto tempore abducatis, & memoratas præfecturas Ceivenhoff, Kalnezehm & Udſen ad Feſtum Joannis *Anni* 1763. pro ulteriori Diſpo-

Diſpoſitione Noſtra tradatis. Pro gratioſa Noſtra Voluntate, Datum Mitaviæ Die 17*ma Februarÿ; Anno* 1763.

ERNESTUS JOANNES, DUX CURLANDIÆ.

Translatum hoc cum Metrica Cameræ Ducalis concordare teſtor.

(L. S.) *Chriſtianus Wilhelmus Meyer.*
(*Cam: Duc:*) *Cameræ Ducalis Secretarius.*

Lit: H.

RESCRIPTUM

Ad Generoſum Generalem excubiarum Præfectum, Paulum Georgium à Lamsdorff, Poſſeſſorem præfecturæ Thomsdorff, ratione Solutionis Semeſtris Arendæ penſionis.

DEI Gratiâ. Nos ERNESTUS JOANNES in Livonia, Curlandiæ & Simigalliæ Dux, Dynaſta in Sileſia, Liberi Baronatus, Wartenbergæ, Bralini & Goſchützii, &c. &c.

GRatiam Noſtram. Generoſe fideliter Nobis Dilecte. Cum Semeſtrem Arendæ penſionem propter præfecturam, Thomsdorff, à Feſto Nativitatis Chriſti, *Anni* 1762. uſque ad Feſtum Sancti Joannis *Anni* 1763. nondum ſolviſtis; Jdeo Vobis

bis hiſce mandamus Clementiſſime: Quatenus ſemeſtrem hancce Arendæ Penſionem, *Die* 17. hujus certiſſime Cameræ noſtræ Familiari Kochler ſolvatis, alias, ſolutione in dicto tempore non ſubſequente, præfectura hæc ſtatim Vobis adimi debet. Pro Gratioſa Noſtra Voluntate, Datum Mitaviæ. *Die* 3. *Martij Anno*, 1763.

ERNESTUS JOANNES DUX CURLANDIÆ.

Translatum hoc cum Metrica Cameræ Ducalis concordare teſtor.

(L S) *Chriſtianus Wilhelmus Meyer.*
(*Cam: Duc:*) *Cameræ Ducalis Secretarius.*

A. A.

JNDICATIO
Ex Camera Ducali

Ratione Eorum, qui ob ademptionem Bonorum Ducalium querelas inſtituerunt & quidem.

1.) Ratione Generoſi Capitanei minoris de Heyking propter prædia Degahlen & Deguhnen.

CContractus Ipſi à Regia ſua Celſitudine ſuper prædium Degahlen ab *Anno* 1760. uſque 1763. & ſuper prædium Deguhnen ab *Anno* 1762. uſque *Annum* 1765. extraditus fuit: ſuper prædium Degahlen jam ſub priori Regimine, *Anno*, 1762, *die* 4. *Decembris*: illi Reſignatio *ſub* A. facta eſt, & præterea Ipſi reſpectu amborum prædiorum à Miniſtro Imperiali Ruſſico, per Literas *ſub* B. notificatum, quod Imperialis ſua Majeſtas, de his Bonis alio modo diſponere, & ideo ea in Termino 16. *Februarij*, recipere conſtituiſſet, cumque igitur paulo poſt hæc prædia Moderno Jlluſtriſſimo Duci ceſſa fuerunt, illum

Ter-

Terminum pro receptione prædiorum Commissioni attendere jussit, addita vero Constitutoriis speciali Instructione *sub* C. de faciendis Generoso Arendatori quibusdam propositionibus, quibus vero ob absentiam Generosi Capitanei de Heyking locus non fuit. Ex reservatis pecoribus Arendator.

9. Juvencas. 3. Annorum
9. - - - 2. - -
9. - - 1. Anni
1. Juvencum 3. Annorum
1. - - - 2. Annorum
1. - - - 2. Annorum
1. - - - 1. Anni.

2. *In Præfectura Degahlen tenore Contractus non reliquit, & præterea multa Vasa Lignea Inventario cõprehensa secũ abduxit. Porro tenore Invẽtarij, d: a* 1762. *in Præfectura Deguhnen.*

5. Juvencæ 3. Annorum
5. - - 2. - -
5. - - 1. Anni
1. Juvencus 3. Annorum
1. - - 2. Annorum
1. - - 1. Anni.

Fuerunt, hæc pecora vero in prædium hæreditarium Generoſi Arendatoris deducta, & loco eorum.

6. Vaccæ Lactiferæ.
9. Juvencæ 1. Anni &
3. Juvenci 1. Anni relicti ſunt.

2.) Ratione Generoſi Camerarij, de Heyking, propter prædium Pravingen.

Contractum à Regia ſua Celſitudine habuit ab *Anno* 1761. uſque 1764. quem tamen ex Camera Ducali ſibi non extradi fecit; Durante ſequeſtro illi à Miniſtro Jmperiali Ruſſico per literas *ſub* B. notificatum, quod Jmperialis ſua Majeſtas de iſto prædio aliter diſponere illudque in termino 16 *Februarij* recipere ſtatuiſſet, cum igitur paulo poſt hoc prædium cum omnibus reliquis ceſſum eſſet, Jlluſtritas ſua Commiſſionem demandavit terminum iſtum attendere, adjuncta tamen ſpeciali Jnſtructione, *ſub* C. de faciendis Generoſo Arendatori quibusdam quæſtionibus; cum vero Generoſus Camerarius ſe hic haud conformiter declaravit, prædium a Commiſſi-

missione Ducali receptum est. Ex reservatis pecoribus.

4. Jnvencæ 2. Annorum
4. - - - - 1. - - Anni
1. Juvencus, 2. Annorum
1. - - 1- Anni in præfectura Tenore Taxæ proventuum haud relicti sunt.

3.) Ratione Generosi Camerarij de Haudring, propter prædium Ellern.

Contractus à Regia sua Celsitudine Ipsi extraditus *ab Anno* 1760. usque *ad Annum* 1763. se extendit, et jam a priori Regimine desuper *die* 4. *Decembris*, 1762. renuntiatio, *sub* A.A. facta est, præter hæc ipsi durante sequestro per Literas *sub* B. à Ministro Jmperiali Russico notificatum est, quod Jmperialis sua Majestas de ista præfectura aliter disponere & eam in Termino 16. *Febr:* recipere statuisset, cum igitur paulo post hæc præfectura cum reliquis Celsissimo Duci cessa esset, Jllustritas sua Commissionem demandavit terminum istum attendere, adjuncta adhuc Jnstructione, *sub* C.; Cui ve-

ro, cum Generoſus Camerarius de Haudring conformiter ſe non declaravit, præfectura à Commiſſione Ducali recepta eſt. Decætero Generoſus Camerarius pecora ad præfecturam pertinentia ſcilicet:

24. Vaccas Lactiferas.
2. Tauros.
3. Juvencas. 1. Anni.
1. Ovem,
7. porcellos in prædium ſuum Okniſt abduxit, ut & progeniem pecorum in Contractu *de Anno* 1760. reſervatam ſcilicet:
4. Vaccas, 3. Annorum.
4. Juvencas. 2. Annorum
4. Juvencas unius Anni
1. Juvencum 3. Annorum
1. - - 1. Anni in præfectura

non reliquit, quin potius unum cupreum ahenum minorem & omnia vaſa lignea ad oeconomiam neceſſaria & Jnventario comprehenſa ſecum abduxit.

Præ-

4.) Generosi Assessoris de Brucken nominai Fock, ob præfecturam Alt-Seelburg.

Præfectura hæc à Regia sua Celsitudine Generoso Assessori *ab Anno* 1762. usque ad Annum. 1763. locata fuit, eique assecuratio extradita est, istam una cum præfectura Neu-Seelburg ab Anno 1763 usq; 1769. secundum formandam taxam proventuum possidere. Ei durante sequestro à Ministro Jmperiali Russico, per literas sub B. notificatum, quod Jmperialis sua Majestas de ista præfectura aliter disponere eamque recipere statuisset. Cum igitur brevi post hæc præfectura cum Reliquis Celsissimo Duci cessa fuerit, Jllustritas sua Commissionem demandavit, istam præfecturam recipere adjuncta Jnstructione speciali *sub* C. de quæstionibus quibusdam Generoso Arendatori faciendis; Cum vero hæc ob absentiam ejus nullum habuerunt locum, dum Jlle Oeconomo suo per Literas injunxerat, se Commissioni accommodare & dispositionem cedere, Commissio Ducalis juxta Mandatum præfecturam recepit, res

vero

vero ejus, quas in præfectura Altſelburg reliquit, Ipſi, poſtquam in duobus innoteſcatis Terminis non comparuit, cum facta à Commiſſione deſuper Conſignatione in locum, ubi tunc commorabatur, per Miniſterialem Selburgenſem tranſmiſſæ ſunt, quas vero teſtante Relatione dicti Miniſterialis non acceptavit, ſed ſponte dereliquit.

5.) Generoſi Cubicularij de Taube ob præfecturam Altſehren.

Jlli tenore Contractus à Regia Sua Celſitudine extraditi præfecturam iſtam ab Anno 1761. uſque Annum 1764. ex locato poſſidere conceſſum, durante ſequeſtro, Generoſo Cubiculario à Miniſtro Jmperiali Ruſſico notificatum eſt, quod Jmperialis ſua Majeſtas de præfectura illa aliter diſponere, eamque in Termino 16. *Februarij* recipere conſtituiſſet. Cum igitur paulo poſt hæc præfectura cum omnibus reliquis Celſiſſimo Duci ceſſa eſſet, Jlle Commiſſionem demandavit, Terminum iſtum attendere, adjuncta tamen ſpeciali Jnſtructione, de quæſtionibus

Gene-

Generoſo Arendatori faciẽdis. Cum autem Generoſus Cubicularius in Termino præſens non fuit, & Generoſa Conjux ejus convenientem deſuper non dedit reſponſum, præfectura à Commiſſione recepta eſt.

6.) Ratione Generoſi Capitanei Majoris de Hayking propter drædium Garroſen.

Contractus Jlli à Regia ſua Celſitudine ab Anno, 1762. uſque annum 1765. extraditus eſt; poſt adventum Celſiſſimi Ducis, Jpſi per Reſcriptum *ſub* D. injunctum eſt, Contractum Cameræ Ducali exhibere, & dimidium tenutæ Annuæ prænumerare. Cum vero huic morem non geſſerit, Commiſſio Ducalis *die* 19. *Julij* demandata eſt, prædium iſtud recipere, quod & *die* 6. *Auguſti* peractum, ubi nemo ex parte Generoſi Capitanei Majoris præſens fuit, ſiquidem Jlle jam ante Feſtum Joannis iſtud prædium dereliquit, & Novus Arendator Generoſus Aſſeſſor de Medem neceſſitatus fuit Diſpoſitioni curam impendere. Ex reſervato pecore tres vituli unius Anni in præfectura haud relicti ſunt.

Pri-

7.) Ratione Generoſi Capitanei minoris de Nolle ob præfecturam Würtzau.

Primo Jlli mediante Contractu à Regia ſua Celſitudine præfectura Würtzau, *ab Anno* 1762. uſque *ad Annum* 1765. locata eſt: poſtea Generoſo Capitaneo *die* 24. *Decembris*, 1762. aſſecuratio ab Eadem ſua Regia Celſitudine data, mediante qua Jpſi Contractus pignoratitius & extenuationis ſuper præfecturam iſtam in Feſto Joannis Baptiſtæ 1763. pro ſorte credita. 20000. Thalerorum extradi promiſſus fuit. Reſignatio ſuper hanc præfecturam ei *d: d:* 17. *Februarij ſub* E. facta, & per Reſcriptum de dato 24. *Febr:* *ſub* D. injunctum eſt, ut Contractum ſuum Cameræ Ducali exhiberet, & dimidium annuæ penſionis perſolveret. Cum vero neutrum præſtiterit, Reſcriptum *ſub* F. *d: d:* 27. *Junij* ei injunctum, & poſtquam tum neque Contractum, nec Arendæ, nec pignoratitium, neque petiiſſet, neque ab Jlluſtriſſimo Duce acceptare velle declaraſſet, ſub eodem Dato Commiſſio demandata eſt, præfecturam

ab

ab eo recipere, Generoſus Capitaneus de Nolde vero trasmiſſis ei prius innoteſcentialibus in Termino reſtitit, quapropter Commiſſio de novo demandata fuit præfecturã iſtam occupare, quæ & *die* 7. *Julij* præviis Jnnoteſcentialibus ſe eo cotulit, & facta à Generoſo Arendatore iterata Reſiſtentia, eum ex præfectura Würtzau non dejecit, ſed tantum in prædio Alt-Plathon Jurisdictionem fundavit, Kmethones ab obſequio ei præſtando liberavit, illosque pro ulteriori Diſpoſitione Generoſo de Freyden tradidit.

8.) Ratione Generoſæ Capitaneiſſæ Korff, ob præfecturam Groſſ-Barbern.

Habuit illa quidem Contractum à Regia ſua Celſitudine ſuper prædium Groſſ-Barbern ab *Anno* 1762. uſque 1768. ſe extendentem, aſt, cum poſt adventum Celſiſſimi Ducis Illi Renuntiatio *ſub* E. facta & per reſcriptum *ſub* D. injunctum eſſet, ut Contractum Cameræ Ducali exhiberet, & dimidiam partem tenutæ prænumeraret, illa vero neutrum

hujus præſtiterit, Commiſſio Ducalis *Die* 19. *Julij* demandata eſt, prædium Groſſ-Barbern à Generoſa Capitaneiſſa Korff recipere, quod & *Die* 23. ej: m: factum eſt. Ex pecoribus locatis 12. Vaccæ Lactiferæ minus quam in Inventario notatum in præfectura relictæ ſunt.

Ratione Ejuſdem Reſpectu prædij Culpen.

Contractus, à Regia ſua Celſitudine ei extraditus, ab *Anno* 1760. uſque *ad Annum* 1763. ſe extendit, & jam ſub priori Regimine ante Feſtum Nativitatis Chriſti *Anni* 1762 *ſub*, A. Illi facta eſt, præterea Generoſæ Capitaneiſſæ de novo Reſignatio *ſub* E. inſinuata, & per Reſcriptum ſub Dato, *die* 24. *Februarij* injunctum eſt, ut Contractum Cameræ Ducali exhiberet, & dimidiam partem Arendæ prænumeraret; Cum vero illa hoc minimum præſtitit, Commiſſio Ducalis *Die* 4. *Julij* demandata eſt, prædium Culpen Contractu deſuper præterea jam expirato, à Generoſa Capitaneiſſa

neissa Korff recipere, quod & *die* 8. Ejusdem præviis Jnnotescentialibus peractum est, multæ res, utpote,

4. Juvencæ 3. Annorum
4. - - 2. Annorum
4. - - 1. Anni
1. Juvencus 3. Annorum
1. - - 2. Annorum
1. - - 1. Anni, Inventario comprehensa, nec non ratione crediti Imperialis Russici à Kmethonibus, redditi,

48. modii Siliginis
8. - - hordei
25. - - Avenæ & 94. thaleri, 45. grossi in parata pecunia defecerunt.

9.) Ratione Generosi olim de Reck Hæredum, propter prædia Cliewenhoff & Kalnzehm.

Hæ præfecturæ mediante Contractu à Regia sua Celsitudine non Generoso olim de Reck, sed Generoso Consiliario Regiminis, Imperali Russico de Vietinghoff ab *Anno*, 1762. usque ad *Annum* 1765. locatæ fuerunt. Cum igitur Generosus Arendator

dator de Vietinghoff utpote, cui & Resignatio *sub* G. facta est, desuper nullam movit quæstionem; Generosi olim de Reck hœredes nullum jus habent, ratione harum præfecturarum aliquid inferre.

Eorundem, respectu prædij Battenhoff.

Idem olim Generosus de Reck habuit Contractum à Regia sua Celsitudine *ab Anno* 1762. usque *Annum* 1765. super prœdium Battenhoff, Ipsi tum temporis quoque per Rescriptum sub Dato *die* 24. *Februarij* injunctum est, ut Contractum suum Cameræ Ducali exhiberet, & dimidium Annuæ Pensionis prænumeraret, cum vero huic non obtemperaverit, & Resignatio *sub* H. ipsi *d: d:* 28. *Februarij* facta jam erat, Commissio Ducalis demandata est, prædium Battenhoff ab illo recipere, quod etiam præviis Jnnotescentialibus *die* 17. *Martij* 1764. factum, cum Generosus olim de Reck jam Festo Joannis 1763. ex prœdio discesserat. Ex reservatis sex vaccæ

lact i-

lactiferæ, tres boves porro secundum Taxam de Anno 1762. ex progenie pecoris.

2. Juvencæ, 1. Anni.

1. Juvencus. 1. Anni, Jn præfectura non relicti, & adhuc.

1. porcus.

4. Sues.

7. - - minores

8. Gallinæ Jndicæ

9. Anseres defecerunt, & præterea Ratione Ædificij, secundum Contractum haud erecti, 47. Thaleri, 22. grossi solvendi sunt.

10. Ratione Generosi Generalis Excubiarum Præfecti Lamsdorff propter præfecturam Thomsdorff.

Contractum suum ille à Regia sua Celsitudine ab Anno 1762. usque Annum 1765. accepit. Ei quoque per Rescriptum *sub* D. injunctum est, ut Contractum suum Cameræ Ducali exhiberet, & dimidium Annuæ pensionis prænumeraret, cum vero neutrum, licet iterata vice sub amissione præfecturæ per Rescriptum *sub* H. admonitus esset, præstiterit, Commissio Ducalis demandata est,

præ-

præfecturam Jstam recipere quoad in Termino, *die* 6. *Aprilis* factum est.

Ex prærecensitis omnibus, qui de ademptione Bonorum Ducalium conquesti sunt, nec unicus fuit, qui ad Rescripta emanata usque ad tempus, quo Bona Ducalia recepta fuerunt, in Camera Ducali aliquid intulerit, vel Contractum ab Jllustrissimo Duce acceptare se velle declaraverit, Ipsa Receptio vero Bonorum Ducalium, nec unico sive verbaliter, sive realiter resistente facta est, excepto Solo Generoso Capitaneo de Nolde, quem tamen Commissio Ducalis post Declaratam suam Resistentiam in Curia præfecturæ Würtzau reliquit.

Ex Camera Ducali extradidit & in fidem subscripsit.

(L.S.) *Christianus Wilhelmus Meyer.*
(*Cam: Duc:*) *Cameræ Ducalis Secretarius.*
mpp.